TOMI I. PARS IX.

ANONYMI,

ut videtur

FRANCISCI DE ZABARELLIS

Cardinalis Florentini

Qui in Concilio Constantiensi eminuit

CAPITA AGENDORUM IN CONCILIO GENERALI CONSTANTIENSI DE ECCLESIÆ REFORMATIONE.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.

DUCIS &c.

Ex antiquissimo Codice MSCto

AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ

VINDOBONENSIS

eruta ab

HERMANNO von der Hardt/

Acad. Jul. Professore.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

HELMESTADI, Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1696.

JO. FRANCISCUS POGGIUS
FLORENTINUS
In Oratione funebri Cardinalis
FRANCISCI ZABARELLÆ,
in Constantiensi Concilio defuncti.

* † *

Ejus præsentia
In omni re in Concilio Const. valebat.
Ut nihil agi posse videretur
ubi ipse non esset:
Qui & celeriter res animo comprehendere
& faciliter posset Concilio explicare.
Itaque deputabatur fere ad singula,
Verbaque ejus pro sententia habebantur.
Illud verò summe laudabatur,
quod ea,
quæ multi variis ex causis dicere nescirent,
solus hic apte loqueretur.
Nemo enim liberius in hoc Concilio
locutus est unquam,
nemo fidentius.
Deum plus verebatur quam homines,
animæ salutem corpori præferens.